

X

Ioannes Wasiloviz. Dei gratia Magnus Dux
 Moscoviae, Modimiriae, Novogrodiae, Kasaniae,
 Astracaniae, totius Russiae, Dominus Piskoviz,
 Princeps in Smolensko etc. Stephanus Dei gratia
 Regi Poloniae, Magno Duci Lituaniae, Russiae,
 Prussiae Principi Transilvaniae etc.

Dux Moscoviae se missurum suos Legatos ad Regem Po-
 loniae, si ipse Rex ad eum prius Legatos suos misisset.

Quemadmodum scripseramus ad te Nos mis-
 suros esse legatos nostros, qui tecum tracta-
 rent, hoc fecissemus, si nos non retardasset
 expectatio legatorum tuorum, qui pro anti-
 qua consuetudine ad Nos mittebantur, Nos di-
 mijimus ad te legatos nostros cum Internuntio
 foedereo, Tu vero viso Internuntio, ad Nos illum
 remisisti, scribens te nolle legatos nostros expe-

... AC. 511

ctare, et iam accepimus Nuntium, te ad ar-
cem nostram Wielkielaki properare. Tu me-
mineris, te esse Poloniae Regem, et non de-
sideres sanguinis effusionem, et velis expecta-
re legatos nostros tribus, vel quatuor diebus
in Vitopsko, vel ubi volueris, Nos legatis no-
stris quam citissime ad te venire mandavi-
mus. Datum in Civitate Moscu v. Augu-

sti 1580.

Descriptum et recognitum ex litteris autographis, ^{Joanni} Andreae
Caligari Episcopi Prictinoriensis, Nunciij aplici apud Regem
Poloniae ad Cardinalem Comensem a Secretis Status scri-
ptis (Nunc. de Polonia tom. 80. pag. 430.), quae adservan-
tur in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum fidem
Dabany XVIII. Kalendas Augusti MDCCCXXVII.



M. Merini
Tabul. S. A. E. Praefectus

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]



